Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

IV. Suspiria ad sacrosanctas Christi Domini Manus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

bus velut pedibus ad illicita ambulo, cru-
cifige, languorem excita, teporem diſſi-
acediam ſana, ut ſemitam virtutum tu-
rum alacriùs decurram. Amen.

IV. Suſpiria ad ſacroſanctas Chriſti Domini Manus.

O Jeſu deſideratiſſime! à pedibus tu-
ad ſacroſanctas manus tuas aſcen-
eaſdemque amanter in ſpiritu exoſcu-
ac per illas manuum id eſt operation-
mearum emendationem efflagito.

I. O Manus puriſſimæ Domini me-
toties in oratione ad Patrem cœleſtem e-
vatæ; obſecro mihi ſpiritum gratiæ
precum concedite; ut orans manus p-
ſemper in cœlum elevem.

II. O Manus thaumaturgæ mei S-
vatoris! quæ olim ſarcophagum con-
gendo Filium Viduæ ſuſcitaſtis; quin-
panibus multiplicatis, quinque millia
minum ſatiaſtis; cœci nati oculos luto
lito aperuiſtis; mulierem ad terram in-
vatam erexiſtis. Ah tangite & me, m-
tuus fui, reſuſcitate me; famelicus ſ-
paſcite me; cœcus ſum, illuminate m-
ad terram terrenáque depreſſus ſum, e-

gite me, & ad cœleſtia, æternáque me attollite.

III. O Manus liberaliſſimæ! quæ corpus & ſanguinem Redemptoris mei Apoſtolis in cibum & potum animæ porrexiſtis: hanc mihi, quæſo præſtate gratiam, ut divinam hanc eſcam pari cum Apoſtolis affectu & effectu recipiam.

IV. O Manus beneficæ! quæ poſt tot miracula patrata, poſt tot beneficia afflictis præſtita, cruci tandem affixæ, Sanguinis pretioſi balneum effudiſtis: Ah manus meas toties ad illicita extenſas, mundate, opera manuum mearũ imperfectionibus plena purgate, deſideria mea inordinata cruci affigite; ut vobiſcum Chriſto confixus ſim cruci, atq; in eadem vivam & moriar.

V. O Manus glorioſæ! vulneribus veſtris velut rubinis & ſtellis radiantes, Thomam Apoſtolum ex contactu fide illuſtrantes & Charitatis igne accendentes, ac denique in aſcenſione ad cœlum plus quàm quingentis Fratribus benedicentes. Et me incredulum, obſecro, in fide roborate, tepidum in amore perficite, ut benedictionem cœleſtem promerear.